









EXERCITATIO JURIDICA

336

De

1662, 16.

JVRE DOTIVM.

27

Quam

J. H. xii

AUXILIANTE DEO T. O. MAX.

IN HAC ACADEMIA ARGENTORATENSI

FLORENTISSIMA

SUB MODERAMINE

V I R I

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AM-

PLISSIMI ATQUE CONSULTISSIMI

DN. IOHANNIS REBHANII,

JCTI. Com. Palat. Cæs. Cod. & Feud. Plac.

Profess. P. Excellentissimi, Collegii Juridici

Senioris Gravissimi.

Dn. Patroni & Præceptoris sui omni honoris

& observantiæ cultu prosequendi.

*Solenni Examini subjicit*

JOANNES ARNOLDUS MOHR.

MOENO-FRANCOFVRT.

Autor.

Die Martij.

Horis locoque solitis.

℞(o)℞

ARGENTORATI.

Typis expressit ANTHONIVS HAVG.

M DC LXII.



177

110







# JEHOVA IVVA!



**G**Ravis est insignis  
 Practici illius Ferrariensis, in præfatione suæ Aureæ  
 Praxis adhortatio: Quanta, in-  
 quiens, dementia est, superva-  
 canea discere, in tanta tempo-  
 ris egestate, & hoc tempus, quod nec sufficere ad  
 necessaria quidem potest, etiamsi diligentissimè cu-  
 stoditum fuerit, in supervacua erogare. Rectè igitur  
 faciunt, qui utilissimas & in Praxi frequentius oc-  
 currentes materias pertractant. Qualis hæc est de  
**JURE DOTIUM** materia, quam pro more Aca-  
 demico placidæ eruditorum ventilationi & examini  
 submittere placuit: quod ut feliciter eveniat, ma-  
 gnum **DEVM** & Salvatorem nostrum Jesum Chri-  
 stum eiusque auxilium invocamus, secundum enim  
*Nov. 85. in pr.* in illius nomine ad omnia consilia  
 omnesque actus rectè progredimur. *l. 2. pr. C. de of-  
 fic. pref. Afr.*

A

THE



20  
**THESIS I.**



Ntequam ad ipsam materiæ susceptæ tractationem accedimus, præcognita quædam, definitionem tam nominis, quam Rei, nec non divisiones dotium concernentia omninò præmittenda. Et quidem definitio nominis omnium primum consideranda est, quippe quod sine nominis explicatione rem cognoscere velle, sit nihil agere, & verba, si non probè cognoscantur, res facile intelligi non possint. *l. 1. in pr. ff. de I. & I.* idcirco de hac paucis quoque agemus.

II.

**DOTIS  
notatio,**

Deducitur autem dotis vox à dando, hoc est, ab eo, quod dabatur: nam & Acron interpres Horatii, dotem dicit esse donum puellarum nubentium, & à dando, sicut & donum esse dictam. Bartol. *in rubr. solut. matrim. n. 21.* Wefenbec. *τ. n. 2. b. r.* Nonnulli dotis nomen Latinos à Græcis, ut plura alia, mutuatos esse affirmant, nimirum à verbo *δίδωμι* vel *δίδω*, unde Poëtice fit *δως*, idem quod *Δόμα* seu *Δόσις*, ut apud Hesiodum, in *εργων*, *Δὸς ἀγαθὴν ἀπαξ δὲ κακὴν δαυαθοῖο δότεῖρα.*

III.

**Significa-  
tio.**

Cæterum cùm dotis vocabulum sit *πρὸς εἶν*, & de diversis prædicatis diverso prædicetur significatu: apparet, vocabulum hoc accipi & vulgariter & artificialiter. Vulgariter, ut significet omne id, quod alicui præcipuum sive à DEO, vel natura, sive ab homine concessum: Unde Rachel, cùm infœcunda esset, & DEI beneficio filium peperisset, dicebat: dotavit me DEUS dote bonâ: *Genes. 30. v. 6.* Sic dicuntur dotes animi, ut prudentia, justitia, fortitudo, &c. & dotes corporis, ut pulchritudo, robur, incolumitas, & his similia. Sic Varro *lib. 4. de re rustic:* dixit vineam cùm sua dote, hoc est, instructam, sive cum suis accessionibus, *zugehörden*: & dotes prædiorum, quas Græci appellant, *ἐνδίκας*, non semel indigitant JCTI nostri. *l. cum pater. 2. §. fin. ff. de instruct. legat. l. Titia. 34. §. 1. ff. de Legat. 2.* Hinc Plinius  
UL



Ulmum vite dotatam dixit. In Jure quoque Canonico fit mentio dotis Ecclesiarum five Sacellorum. *c. cum sicut. 8. X. de consecrat. Eccles.* ex quarum fructibus & redditibus Ecclesiæ conservantur, & Clerici sustentantur. Ant. Costan. *tr. de dotib. c. 2. n. 1. 2. 3.* Beust. *tract. de jure Connub. p. 3. c. 1.*

## IV.

Artificialiter verò & juridicè dos dicitur, quicquid nuptiarum vel matrimonii causa ex parte uxoris marito datur: nam ipsa dos, cum sit connexum quiddam matrimonii. Scip. Gentil. *2. de secund. nupt. 5. pag. 26.* sine matrimonio esse non potest. *l. dotis appellatio. 3. ff. de jur. dot. l. ult. vers. sicut enim. C. de donation. ant. vel propter nupt.* Cuiac. *13. obs. 25.* quamvis matrimonium sine dote esse possit. *l. iubemus. 11. pr. & §. 1. C. de repud. Nov. 22. c. 18.* Hacque in acceptione vel in concreto sumitur, pro re dotali. *l. 1. ff. de jur. dot. t. 1. C. de dot. caut.* vel in abstracto, pro jure, quo res dotalis est, ut passim in jure. Vel metonymicè pro jure repetendæ dotis, soluto matrimonio. *l. 1. §. 9. ff. de dot. preleg. adde Cuiac. in Papinian. ad l. 39. sol. matrim. C. I. A. 23. ff. 3. th. 3.*

## V.

Dos à variis variè definitur & quidem à Varrone *lib. 4. de ling. lat.* pecunia nuptiarum causa data: ab Ulpiano verò simpliciter mulieris patrimonium esse dicitur. *l. deniq. 3. §. 5. ff. de minorib.* ab aliis donatio, quam marito facit mulier aut eius parens. Azo. *in summ. Cod. hic. vid. Beust. tr. de dotib. cap. 5.*

## VI.

Nos hîc, ubi de Juribus dotis agimus, dotem definimus **Definitio.** rem, marito ad sustinenda matrimonii onera ex parte mulieris data sive donata. (Germanicè dicitur *Mitgieffe / Heurathsgut / Ehegeld / Heurathsgeld / Brautschaz / Ehestewer / der Frauen Einbringen*) *l. si cum dotem. 22. ff. solut. matrim. l. si constante 19. l. cum multa. in med. pr. ibi. dotis donationem. C. de donat. ant. nupt. l. pro oneribus 20. C. de jur. dot. addatur etiam Vultei. I. R. I. C. 20. C. I. A. 23. ff. 3. th. 1. Matth. Stephan. de jur. Patron. p. 1. c. 15. n. 1. Bocer. I. class. 2. disput. 18. th. 2.*



824  
Divisio

4.  
VII.

Dividitur dos in profectitiam vel adventitiam. Ulpian. in fragm. tit. 6. §. dos aut. l. unic. §. plenius. C. de Rei uxor. act. Utraque iterum subdividitur in aestimatam & in aestimatam: Item veram, quæ matrimonio justo & legitimo: vel putativam, quæ iniusto & illegitimo connubio accedit. d. l. 22. §. fin. ff. solut. matrim. l. questum est. 17. §. 1. ff. de reb. auct. jud. possid. certam vel incertam: numeratam vel promissam sive cautam. Sic alia est, quæ redditur annuâ, bima, trima die: alia quæ præfenti die debetur. Wesenbec. t. n. 2. h. t. C. I. A. d. 23. ff. 3. th. 2. in fin. & th. 10.

VIII.

Profectitia dicitur, quæ à patre mulieris, vel avo aut proavo eius paterno de bonis eius constituitur l. profectitia. §. l. pater filia. 81. ff. h. t. l. 2. §. 1. ff. solut. matrim. l. avia 6. C. h. t. l. unic. §. accedit. C. de R. V. A. l. si pater. 2. l. filia dotem. 4. l. filiam testamento. 7. l. filia licet. 12. C. de Collation. nec interest sui juris sit mulier sive alieni juris. confer. infr. th. 11. Parentum enim nomen, h. e. jus pietatis, non jus potestatis dotem facit profectitiam, modò parens dederit ut parens. Dicitur etiam dos profecta à patre, l. 2. §. 1. l. si ab hostibus, 10. ff. solut. matrim. & dos communis, l. si cum dotem. 22. ff. eod. tit. Adventitia dos dicitur, quam extraneus seu quis alius præter parentem dedit. l. ante divisionem. 16. C. h. t. l. profectitia. §. ff. h. t. l. si cum dotem 22. ff. solut. matrim. Nam promittens dotem cuiuscunque sit sexus aut conditionis obligatur. l. promittendo 42. ff. h. t. quare nihil interest, à quo dos aut promittatur aut detur.

IX.

Q. An dos promissa propriè sit dos? Neg. per l. dotem numeratio. 1. l. ult. C. de dot. caut. non num. arg. l. pro oneribus. 20. C. h. t. l. ult. vers. neq. enim. C. ad SC. Velleian. dominium enim non nudâ promissione, sed rei traditione transfertur. l. traditionibus. 20. C. de pact. l. 76. ff. h. t. l. 1. C. de dot. caut. non numer. & dos promissa oneribus matrimonii inservire nequit, ob quæ tamen dos constituitur. d. l. 76. Additionator ad C. I. A. d. 23. ff. 3. th. 10. n. 1. An autem statutum de lucro dotis, etiam in dote pro-



5.

te promissa locum habeat? Affirm. arg. l. ex morte 9. C. de pact. convent. sup. dot. l. si pro dote. 2. l. si quum ea. 3. l. ad exactionem. 6. C. de dot. promiss. Geil. 2. obs. 79. Non tamen statutum de lucranda dote valet in sponsa. Hinc ita pacta dotalia concipi solent, ut consummato prius coniugio per copulam & traductionem ad domum, nach beschehenem Ehliden Beylager und Heimführung. Item, nach beschrittenen Ehebeth. lucrum, hoc in casu non existentium liberorum, superstiti obveniat. vid. Geil. 2. obs. 80. Mynsing. 6. O. 78.

X.

Cognitâ definitione & divisione dotis, Sequitur nunc, ut in ipsam quoque constitutionem dotis inquiramus; & I. in personas, tam quæ dotem constituunt, quàm quibus ea constituitur. Et quidem dotem jure promittit vel constituit, non tantum mulier ipsa, pro se. l. 1. C. de dot. caut. l. 7. §. 3. l. 57. ff. h. l. 1. l. 4. l. 16. & passim. C. eod. Verùm etiam aliæ quæcunque personæ, liberam rerum suarum administrationem habentes, cuiuscunque sint sexus & conditionis. l. 41. ff. de l. dot. Inprimis verò dotare filias tenetur PATER, adeo, ut si detrectet, cogi & compelli ad hoc possit, non quidem jure actionis; sed officio Magistratus. l. 19. ff. de rit. nupt. l. fin. §. neq; enim. C. de dot. promiss. officium enim paternum est, dotem vel propter nuptias donationem pro sua dare progenie. d. l. ult. l. mulier. 22. §. penult. ff. ad SC. Trebell. l. 69. §. 4. ff. h. t. l. si filia. 43. ff. de Leg. 3. Casus est elegans. in l. 17. ff. de SC. Macedon. junct. l. 5. §. 8. ff. de jur. dor. ubi pecunia à filiofam. pro dotanda sorore mutuo accepta, dicitur in rem patris versa, & eundem hâc actione teneri Scip. Gentil. 2. de secund. nupt. 4. p. 31. Bocer. 1. class. 2. disp. 18. 2b. §. Dn. Obrecht. disp. de patrim. mulier. th. 195. & seq. Sed quid, si filia semel dotata à patre & dos consumpta sit, an pater denuò eam dotare cogatur? Aff. si sine culpa ipsius perierit. l. 22. §. 1. ff. solut. matrim. Nov. 97. c. 5. Interest etenim & parentum & Reipubl. filias redotari, ne cum maximo generis & familiæ probro turpem vitam eligere cogantur. l. fin. C. ad SC. Velleian. Pariter AVUS quoque PATERNUS tenetur dotare neptem ex eadem pietatis necessitudine, maximè patre

Causa efficiens seu personæ, quæ dotem dent.

A 3

mor-



uo. *l. avus. 33. ff. de pact. l. dotem. 6. ff. de collation. l. profectitia. §. si filiusfam. ff. h. t. & hoc fieri debere, & naturalis & civilis ratio suadet, dico & pietas & potestâs paterna id exigunt. vid. Beust. de dotib. c. 4. Quid de patre adoptivo? vid. *l. §. adoptivum quoq; 13. ff. de jur. dot.**

## XI.

Hoc etiam à Dd. indubium vocatur: utrum quoq; dotanda sit filia vel neptis quæ locuples est? Quod ut affirmemus ipsa pietatis ratio facit, & generalitas verborum, quæ habentur in *l. si pater 7. C. de dor. promiss.* & indistinctè dotare filiam, paterni esse dicunt officii. Geil. 2. obs. 95. num. 14. Mynsing. 5. obs. 32. n. 2. & 6. obs. 85. An autem si fuerit emancipata? Aff. *l. profectitia. §. §. II. & seq. l. si res quas. §. I. ff. h. t.* facit etiam *l. ult. C. de dor. promiss.* si scil. pauper sit & aliunde dotem non habeat. arg. *l. si quis. §. §. I. ff. de agnosc. & alend. liber. Bocer. d. l. Class. 2. disp. 18. th. 6.*

## XII.

Non tamen pater cogitur dotare filiam hæreticam, *l. cog. novimus. 19. C. de hæretic. Nov. 115. cap. 3. Nov. 109. c. 1. Beust. de dotib. cap. 4.* si nempe à vera pietate & religione descivit; hæreseos enim crimen publicum est. *l. Manichæos. 4. §. I. C. de hæretic. Treutl. 2. disp. 7. th. 2. Lit. E.* Neque turpiter & inhonestè viventem. *l. si filiam. 19. C. de inoffic. testam.* nisi pater, contemptis sese offerentibus honestis nubendi conditionibus, usque ad 25. annum filia nuptias distulerit, tunc enim peccandi occasionem dedisse censetur. *Nov. 115. c. 3. §. II. & hætenus nec illa dotanda est, quæ sine consensu parentis nupsit, non tantum viro ignominioso & indigno contra honestatem familiae & stemmatis. d. Nov. 115. c. 3. §. 14. §. penult. 1. de nupt. Recessus Imperii de anno 1548. Von Sacramenten der Ehe. in fin. Verum etiam, licet conditio cætera non adeo impar sit. arg. §. si adversus ea. 12. 1. de nupt. junct. 1. 3. de tur. dot. Wurmser. tit. 39. obs. 19. Geil. 2. obs. 95. Neque ex damnato coitu nata. d. §. fin. 1. de Nupt. Nov. 39. c. 12. Nov. 89. c. 15. Neque spuria. per *l. humanitatis intuitu. 8. C. de natural. liber. d. Nov. 89. c. f. auth. ex complexu. C. de incestis. & inutilib. nupt. Mynsing. 1. obs. 351. Hart.**



7.  
Hart. 37. obs. 3. & tit. 43. obs. 9. aded ut etiam statutum in contra-  
rium factum non valeat. Bald. cons. 447. n. 9. vol. 9. Quamvis Jure  
Canonico aliud constitutum esse videatur. c. cum haberet X. de eo  
qui dux. in matrim. Sed utrum idem dicendum quoque de filia  
naturali, seu ex concubina suscepta? videatur l. uxorem 41. §. 11.  
ff. de Leg. 3. ubi Gothofred. in not. lit. p. Nov. 89. c. 12. Costan. de  
dotib. c. 3. num. 9.

## XIII.

Mater regulariter, quamvis legitimam liberis debeat, *auth.*  
*non licet. C. de liber prater.* ad dotandam tamen filiam non te-  
netur, l. neq. mater. 14. ubi Baldus. C. h. t. nisi ex magna & pro-  
babili causa vel lege specialiter expressa. d. l. 14. Schurff. cons. 8.  
n. 2. cent. 1. nemp. ob parentis extremam inopiam. l. si quis a  
liberis. 5. §. 4. ff. de agnosc. & alend. liber. vel si filia orthodoxa,  
mater autem haeretica. l. cognovimus. 19. C. de haetic. Boc. class.  
2. disp. 18. th. 14. Schneid. ad §. 29. l. de act. n. 92. 93.

## XIV.

Non tenetur quoque dotare avus maternus neptem. l.  
Gaius Seius 45. ff. solut. matrim. nisi itidem in casu extremæ  
inopix. l. si quis. 5. §. 5. ff. de agnosc. & alend. liber. Neque fra-  
ter sororem uterinam, etsi inops sit arg. l. cum plures. 12. §. 3. l.  
tutor. 13. §. fin. ff. de administ. tutor. quamvis ad dotandam ger-  
manam, imò etiam ad consanguineam teneri velint. Treutl. 2.  
disp. 7. th. 3. L. D. Wessenbec. c. h. t. n. 3. Sichard. in l. ult. n. 28. C.  
de dot. promiss. adeo, ut si alia bona non habeat, eam ex feuda-  
libus dotare teneatur. Boc. d. l. class. 2. disp. 18. th. 27. sed  
tutius, id quod consuetudine circa dotandas sorores receptum,  
intueri & servare: sicuti in Saxonia, ubi fratres teneri, dotare  
sorores de bonis feudalibus certum est. Schneid. in d. §. 29. l. de  
act. n. 97. Hartm. Pistor. 2. part. post. quest. 37.

## XV.

An autem filius dives matrem ad secunda vota transitu-  
ram, sed inopiâ impeditam dotare cogatur? dubia est quæstio.  
Nos quod eam dotare teneatur, verius arbitramur, cum Treutl.  
d. disp. 7. th. 3. Lit. E. arg. l. cum plures. 12. §. 3. v. sed non dabit. l.  
tutor. 13. §. 2. ff. de admistr. tut. Nov. 22. cap. 1. Boc. d. l. class. 2.  
disp. 18. th. 16.

## XVI. De



Denique curatoris quoque officium requirit, illas, quarum curam gerit, pro dignitate & modo facultatum, non quidem propriarum, sed ipsius curandæ dotare. *l. quæro. 60. ff. h. t. l. 69. §. hic. l. si curatores. 9. C. de administr. tutor. l. nulli licere. 28. C. de Episcop. audient.* An verò ad dotis constitutionem curatori decreto Magistratus opus sit, quæstionis est? Aff. si tantum immobilia extent. *l. siue generalis. 61. ff. h. t. l. pradia rustica. 8. ubi Gothofred. C. de prad. minor* Et hæc de personis, à quibus & quibus dotes dantur & constituuntur.

## XVII.

Materia & quæ res in dotem dantur.

Nihil autem refert, in quacunque materia dos constituitur, vel quæ res (modo in commercio sit) in dotem dentur: siue mobiles sint, & vel species, vel quantitates, & an res non fungibiles, an fungibiles, siue quæ pondere, numero, mensura consent, velut pecunia. *l. rei appellatio. 5. l. 178. l. 222. ff. de V. S. siue res soli & immobiles, ut domus, lapidicinæ, l. res in dotem. 42. ff. de jur. dot. l. unic. §. 7. C. de R. V. A. l. in rebus. 30. C. eod. etiam res incorporales, puta nomina. l. si mulier. 77. l. 71. ff. h. t. hereditas, l. nec ullam. 13. §. 10. ff. de heredit. petit. Item ususfructus. l. res quas. 17. cum LL. seqq. C. de jur. dot. etiam omnia bona (confer th. 19. seq.) siue pars eorum. l. nulla 4. C. h. t. æstimatæ res siue inæstimatæ. l. non solum. 52. ff. l. quotiens. 5. l. in rebus. 30. C. h. t. Colleg. 1. A. hic. th. 13, 16. & passim. quanquam commodius est viro non æstimatas accipere, ne earum periculum subeat. l. plerumq. 10. cum seqq. ff. h. t.*

## XIIII.

Q. An feudum in dotem dari possit? Negamus per 2. F. 9. §. 1. ibi: in dotem pro filia dare (feudum) nullius curiæ poterat consuetudine. Quamvis alii distinguant inter feudum à fœmina ipsa. 2. Feud. 13. & 17. & feudum ab alio pro fœmina in dotem datum. 2. F. 9. ubi Gothofred. in not. lit. S. ut illo casu dos valeat, posteriori verò non item. Mynsing. 4. Obs. 84. Id certum est, quod statutum de dote lucranda ad bona feudalia extendi non possit. arg. l. F. 15, 2. F. 39.

XIX. Q. An



9.  
XIX.

Q. An mulier universa sua bona in dotem dare possit?  
Præsuppositis terminis habilibus, *affirmamus, per l. nulla lege. 4. C. h. t. l. mulier. 72. pr. ff. h. t. Gail. 2. Obs. 82. n. 1.* modo non adii-  
ciatur pactum lucranda dotis. Et hæc dotis constitutio ad  
futura quoque extenditur. *per text. in l. fin. C. qua res pign. oblig. Dissent. Boc. d. l. class. 2. disp. 18. th. 32. & 35.* Quid verò in dubio  
de bonis ad maritum citra conventionem expressam allatis  
dicendum, eane præsumenda paraphernalia, an verò do-  
talia? placet esse paraphernalia, *arg. pr. l. quib. alien. lic. vel non.* Quin & si mulier in hac dotis constitutione læsa  
fuerit, & circumventa, eam in integrum restitui posse. *l. unic. C. si advers. dot. l. si ex causa. 9. §. 1. ff. de minorib. et si læsio dimi- dium non excedat. l. jure succursum. 6. §. 2. l. si res. 12. §. 1. ff. h. t. vid. Coll. 1. A. hic. th. 26. 27. & 28. Boc. d. l. th. 33.*

XX.

Constituitur autem dos vel ultimâ voluntate, vel inter vivos. Ultimâ voluntate, puta cum quis vel testamento suo, vel codicillis, Epistola, vel donatione mortis causa pro muliere dotem dat eius marito. *l. si proprietati. 4. l. Iulianus. 20. l. si pater mulieris. 76. ff. h. t. l. cum is qui. 25. ff. de mort. caus. donat. l. ult. C. eod. l. cum dos. 1. ff. d. dot. præleg. §. sed si uxori. 15. l. de Leg. l. cum pater. 29. ff. h. t.*

Modi, quibus dos constituitur.

XXI.

Inter vivos constituitur dos stipulatione *l. 1. 2. 3. §. C. de dot. promiss. aut, ob eiusdem favorem, nudâ etiam pollicitatione & pacto. l. 4. l. 6. C. d. t. l. unic. vers. eodemq; modo. C. de R. V. A. l. 1. C. de iur. dot. l. 1. §. pen. ff. de dot. collation. Boc. class. 2. disp. 18. th. 1. & th. 38. & seq.* Item traditione verâ. *l. 5. in fin. l. si cum dotem. 22. ff. solut. matrim. l. quemadmodum 46. §. traditione ff. de iur. dot. vel fictâ. l. ult. ff. de servit. l. 3. §. 2. ff. de action. empt. cautione. l. fin. ff. de servitut. cessione. Ulpian. in fragm. tit. de dom. & acquisit. rer. patientiâ. d. l. fin. l. omnium prædiorum. 3. pr. ff. de usufr. acceptilatione. l. 43. ff. h. t. delegatione. l. si debitor. 80. l. 83. ff. h. t. debiti remissione. l. 58. §. 1. l. 59. ff. h. t. C. I. A. hic. th. 10. Costan. tr. de dotib. c. 4. n. 1. & 2.*

B

XXII.

qua-  
qui-  
h. t.  
e. 28.  
ura-  
tum  
a. 8.  
ibus  
  
tua-  
: si-  
non  
fura  
five  
+ 2. ff.  
es in-  
itas,  
us. l.  
con-  
five  
h. t.  
s est  
ple-  
  
2. F.  
ote-  
fœ-  
a in  
casu  
Id  
alia  
  
An





.118

10.

XXII.

Non autem expressè tantùm, sed & tacitè dos constitui potest. Tacitæ promissionis exemplum est in muliere, quæ secundo marito nubit: licet enim nullam ei dotem promiserit, tamen eandem promississe dotem censetur, quam attulerat priori marito. *l. dotem 30. l. 40. ff. h. t.* Limita, nâ liberi ex priori matrimonio adsint, tum enim dos prior non censetur repetita, neque secundo coniugi plus relinquere potest, quàm liberis primi matrimonii. *vid. l. hac edictali. 6. C. de secund. nupt. l. si constante 19. §. fin. C. de donat. ant. nupt. Alexand. consil. 144. n. 3.*

XXIII.

Dotis constitutio, quocunque modo fiat, conditionalis est, & tacitam hanc in se habet conditionem, si scil. nuptiæ secutæ fuerint: qua deficiente obligatio dotis est nulla. *l. 10. §. 4. l. promittendo. 41. l. 43. ff. h. t.*

XXIV.

Denique certa promittatur dos, an quantum quis arbitratus fuerit, nihil refert. *l. 3. C. de dot. promiss.* tunc enim in arbitrium boni viri collata videtur dotis constitutio. *l. in personam. 23. §. generaliter de R. I. l. in arbitrium. 1. ff. de Legat. 2.* Quod si sine mentione arbitrii simpliciter promittatur, patrem quidem ea promissio obstringit, quia pro modo facultatum suarum ad quantitatem legitimæ & congruæ alimentationis, proque mariti dignitate dotare filiam debet. *l. quæro. 6. l. 69. §. 4. h. t.* reliquos non item, quando incerta sit promissio. *d. l. 1. de dot. promiss. Boc. d. l. 37.*

XXV.

Promissioni & constitutioni dotis pacta dotalia, vulgò *Ehestiffungen/ Eheberedungen/ Heurathsnotul/ Ehepacten/ Heurathspuncten/ Ehebeding* / ante & post nuptias apponi solent. *l. 1. §. 1. ff. de pact. dotalib. l. 10. C. de pact. tam sup. dot. Geil. 2. obs. 78. n. 7.* quæ servandæ sunt, modo dotem non deteriore reddant, nec bonis etiam moribus adversentur. *l. 7. §. 7. ff. de pact.*

Pacta dotalia.

XXVI.



11.  
XXVI.

Hæc pacta requirunt ad probationem, testes duos aut tres, *arg. l. ubi numerus. 12. ff. de testib.* vel insinuationem apud acta. *l. fin. C. de donat. inter vir. & uxor.* Quod si simul de mutua coniugum successione disponant, tum quinque testes sunt necessarii, uti in omni alia, præter Testamentum, ultima voluntate. *l. fin. C. de Codicill. l. fin. C. de mort. caus. don. Wesenbec. in. π. ff. de pact. dotal. n. 4.*

XXVII.

Finis dotis est, & salus publica; & utilitas privatorum: *Finis dotis.* publicè enim interest dotes mulieribus conservari: cum dotitas esse fœminas ad sobolem procreandam & replendam civitatem liberis maximè sit necessarium. *l. 1. ff. solut. matrim.* Ideo enim dos datur, ut filia nubere possit, hoc est, ut propter hanc, tanquam per invitamentum, viri ad nuptias æqualium provocentur. *l. 2. ff. h. t. l. interest. 18. ff. de reb. auct. judic. l. 19. ff. de rit. nupt.* & per has sublevantur in oneribus matrimonii sustinendis. *l. pro oneribus. 20. C. h. t. l. dotis fructum. 7. l. si is qui. 56. §. 1. l. quamvis. 75. ff. h. t. l. si maritus. 46. ff. famil. ercisc. Dn. Biccus, p. m. aur. sect. 3. th. 54. L. Z. adeo ut pactum contra finem hunc additum, nullas prorsus vires habeat. *fac. l. 4. ff. de pact. dotalib.**

XXIIX.

Effectus dotis est, quòd maritus rei dotalis efficiatur non *Effectus,* tantum possessor, verum etiam dominus, ex dispositione scilicet juris civilis. *Dn. Biccus, in Aur. sect. 3. th. 54. L. Z. C. I. A. hic. Costan. d. dot. c. 5. n. 4.* eiusque fructus lucretur, ita ut iis arbitrio suo uti frui possit. *l. in rebus 30. l. pro oneribus. 20. C. h. t. l. 10. ff. de R. I. pr. l. quibus alien. lic. l. 22. C. de administ. tutor. Magnif. Dn. Præses, Hodeg. Iur. ch. 2. cl. 2. n. 37.* nisi mulier post biennium semel atque iterum consentiat, ipsique ex aliis mariti bonis satisfieri possit. *Nov. 61. c. 1. aut juramento consensum firmaverit. arg. c. 2. de jureiur. in 6.*

XXX.

Ex promissione dotis exoritur actio exstipulatu. §. 29. *l. de action.* etiam si nulla de dote reddenda intercesserit stipulatio:

B 2

latio:

154  
342



latio : quæ in locum rei uxoriæ actionis successit : *l. un. C. de R. V. A.* estque bonæ fidei. *l. 10. §. 1. l. 21. l. si pater. 41. ff. solut. matrim. l. 4. ff. de pact. dotal. Dn. Locamer. in not. ad §. 29. l. de action. Geil. 2. obs. 78. n. 8.* annexum habens ius tacitæ hypothecæ. *d. l. un. §. 1. C. de R. V. A.* quâ maritus dotem ab eo, qui promisit, exigere potest, eumque evictionis nomine obligatum habet. *d. l. unic. §. 1.*

## XXXI.

Affinia.

Affinia doti sunt, donatio propter nuptias, vulgò *gegett Vermachung* / item *eine Widerlegung*. Reform. Francof. *part. 3. tit. 2. §. 1. & seq.* Rittershus. §. Nov. 1. quæ etiam constante matrimonio fieri potest. *si constante 19. l. 20. C. de donat. ant. nupt.* fitque in securitatem dotis, eiusque dominium mulier quidem consequitur, fructus tamen marito pro oneribus cedunt, *Magnif. Dn. Præses, in Hodegeta ch. 2. cl. 2. parall. 2. th. 31.* (2) Dotulitium *Leibzucht / Leibgeding* / quod datur mulieri ad dies vitæ *wird mit dem gedinge auffgerichtet / daß dieselbe die Frau allein auff thro Leib und Leben haben solle.* *Beust. de dotib. c. 9. Lehenr. lib. 1. art. 20. 31. 32. Rotschitz in processu, tit. vom Leibgeding.* (3) bona paraphernalia, *Einghand Güter / unverändert Gut : h. e. eingebracht Gut / so nicht gemein / noch theilbar gemacht wird.* *Wehner. hic. denique legitima, & alimenta. l. quoniam 29. C. de inoffic. testam.*

## XXXII.

Contraria.

Contraria est dotis repetitio, quæ fit soluto matrimonio, resque immobiles statim : mobiles verò annuâ, bima, trima die, hoc est, unâ, duabus vel tribus pensionibus annuis. *l. 3. ff. de ann. legat. hodiè intra annum. l. un. §. cum autem. 7. C. de R. V. A.* intra quod tempus ab heredibus defuncti mariti, mulier est alenda, & tam diu in possessione manere, suoque pignori incumbere potest, donec dos illata restituatur. *Mynsing. 6. obs. 45. in fin. & obs. 82. per tot. Geil. 2. obs. 92. n. 10. & 13.* Hinc actio repetendæ dotis mulieri datur. *d. l. unic. C. de R. V. A.* quin & rei vindicatio competit. *l. 20. l. 39. C. h. t. & hypothecaria. l. a fiduis 12. C. qui potiores in pign.*

## XXXIII.



Dos uxori ante reliquos creditores omnes sive hypothe- **Prioritas**  
carii expressi vel taciti, sive personaliter privilegiati, sive chi- **uxoris.**  
rographarii sint, restitui debet. *l. unic. §. 1. & seqq. C. de R. V. A.*  
*l. asiduis 12. C. qui potior. in pign. l. in rebus. 30. C. h. t. Nov. 97. c.*  
*3. 4. Mynsing. 4. obs. 13. Joach. à Beust. tr. de dotib. part. 3. c. f.* Imò  
mulier ratione dotis indistinctè omnibus creditoribus, etiam  
expressam hypothecam anteriorem habentibus, præfertur. *l. 4.*  
*C. in quib. caus. pign. tac. contrah. d. l. 12. C. qui pot. in pign. l. 29. l. 30.*  
*C. h. t. Fachin. 3. contr. 99. Cuiac. in Nov. 97. Magnific. Dn. Præses*  
*in paralipom. Meierian. 8. quest. 2. cum C. I. A. 42. ff. 5. th. 33. &*  
*20. ff. 4. th. 6.* Justamen prælationis non habet mulier in do-  
te confessata. *l. 1. & t. t. C. de dot. caut. non numer. Geil. 2. obs. 81.*  
*Mynsing. 1. O. 61. nec etiam, quando unà cum marito commu-*  
*nem negotiationem aut cauponariam exercuit.* Wann das  
Weib zu offenem Kramladen oder Markt sigt / Zettel unter-  
schreibet / oder mit ihrem Mann Bûrth oder Gasttschaft hielte.  
Et hæc est communis totius Germaniæ consuetudo, teste Gei-  
lio. *2. observ. 90. n. 1. confer. Nobilis. Dn. Præses, in disput. pro ca-*  
*thedra, de uxore mercatrice. & c.* Denique non præfertur mu-  
lier, si sui ipsius culpa, e. g. ob luxuriam vel malam rei familiaris  
administrationem, maritus ad inopiam pervenisse probetur.  
*P. Frider. de processib. lib. 2. c. 61. n. 4.*

XXXIV.

Q. Utrum creditores posteriores hypothecam habentes  
possint uxori dotem offerre, & bona mariti ab ea avocare?  
sunt qui affirmant: Nobis negantium sententia placet cum  
*Neguz. tr. de Pignorib. part. 5. membr. 1. n. 31. & seq.* dos enim  
servire debet matrimonii oneribus ad totius familiæ utili-  
tatem. *l. pro oneribus. 20. C. h. t. l. dotis fructum. 7. l. plerumq. 10.*  
*§. 3. ff. h. t. l. unic. §. & ut plenius. C. de R. V. A. §. fuerat. l. de action.*  
*l. in rebus. 30. C. h. t.* Expectent igitur creditores donec ma-  
trimonium solvatur, tunc locus erit oblationi.

XXXV.

In dotis restitutionem & fructus veniunt. *d. l. dotis fru-*  
*ctum. 7. l. si marito. 31. §. fin. ff. solut. matrim. l. unic. §. cumq. ex-*  
*stipula-*

B 3

stipula-



*stipulatu. vers. fetus autem. C. de R. V. A. precepti & pendentes & quicquid dolo vel culpa mariti circa res dotales damni datum est. l. penult. l. fin. ff. eod. tit.*

## XXXVI.

Q. Quid de fructibus novissimi anni statuendum? Et hos pro portione temporis inter maritum & uxorem, aut eorum haereses dividi æquum est. *l. 7. §. 1. l. 11. l. 31. §. ult. ff. solut. matrim. l. cum in fundo. 78. §. divortio autem facto. ff. h. t.*

## XXXVII.

Restitutioni obiciuntur impensæ necessariae quibus dos ipso jure minuitur. *§. 37. l. de action. l. 5. pr. & §. pen. ff. de impens. in rem dot. fact. l. 56. §. ult. ff. h. t. l. 5. §. ult. ff. de pact. dotal. ut sunt refectiones, instauraciones rerum, propagationes vitium, item quæ curandæ valetudini, & ad consequendas res dotales litibus impenduntur. l. 1. 2. 3. 4. 14. de impens. in res dot. fact. Utiles consensu mulieris factas maritus non aliter repetit, quàm actione mandati & negotiorum gestorum. l. unic. §. 5. C. de R. V. A.*

## XXXVIII.

Interdum etiam constante matrimonio dos repeti potest, si maritus per dilapidationes ad inopiam vergat. *l. 29. l. 30. C. h. r. & l. 24. ff. solut. matrim. auth. bona damnatorum. C. de bon. prescript. Nov. 134. c. ult. nisi mulier sciens viro obarato aut prodigo nupserit. Geil. 2. obs. 84. n. 6. Quomodo autem prodigalitas vel inopia mariti probetur, ostendit Mynsing. 3. obs. 45. n. 10. & obs. 27. n. 9.*

## XXXIX

Vicissim nonnunquam, ne soluto quidem matrimonio dos repeti potest, ut si mulier adulterii rea peragatur. *l. 11. §. 3. ff. ad L. Iul. de adult. l. consensu. 8. C. de repud. l. ult. C. ad leg. Iul. de adult. c. plerumq. 4. X. de donation. inter vir. & uxor. Scip. Gentil. d. 2. de secund. nupt. 6. p. 33. vel si pactis ita conventum fuerit l. si dotali. 48. ff. solut. matrim. l. 12. ff. de pact. dotal. l. unic. §. illo procul dubio. C. de R. V. A. vel si maritus solven-*



15.

Solvendo non sit. *l. maritum. 12. ff. solut. matrim.* Ita ut red-  
ditâ dote egestatem sit passurus. §. *item si de dote. I. de action.*  
*l. in condemnatione. 173. ff. de R. I.* vel quia sine culpa mariti  
aut post moram mulieris res dotales periêre. *l. 26. l. Mævia.*  
*49. ff. solut. matrim.*

XL.

Q. An propter osculum dos amittatur? Negat. quam-  
vis enim hinc maxima exoritur adulterii suspicio. *l. etsi a-*  
*micis. 9. ff. ad Leg. Iul. de adult.* & ob id dote uxorem multari  
posse, scribat Baldus *ad c. tua X. de procurat.* Rectè tamen pro-  
pterea notatur à Scip. Gentili *d. 2. de secund. nupt. c. 6. p. 33.*  
*in fin.* Cui, ut & Treutl. *2. disp. 7. th. 13. Lit. b. Boc. d. l. th. 61.*  
Kornman. *de jur. Virgin. cap. 23.* aliisque idem  
docentibus subscribimus.

Et tantum de materia utilissima

DOTIUM

interim

DEO. T. O. Max.

fit

LAUS. HONOR. ET. GLORIA,

in

sempiterna secula.





Ad

Pereximium Dn. MORVM,  
de Dotibus disputantem.



Non MORI, potius MORATI es nomine dignus,  
Nam legum studiis repetes & Moribus almam  
Ornatus patriam: quæ spes concepit eandem  
de Te, cive suo. Sit noster calculus iste:  
Hic MORVS par erit multis SAPIENTIBVS OLIM.

PRÆSES.

---

*S*ic pugnes, quò laudis amor, quò summa triumphi  
Gloria, mox referat munera digna Tibi.

Præcellenti Dn. Autori gratatur  
ex amicitia debito

I. K.

---

*N*unc docuisse iuvat, quid sit IVS DOTIVM, scripto;  
Sed magis exemplis experiere brevi,  
Cum sua grata Themis dederit Tibi munera gnavo.  
Sic benè succedant omnia vota, precor.

Paucula hæc in germani amoris Τεμπύροσ  
festinante calamo fundere voluit  
in Patria

J. C. Mohr, LL. Studios.

F I N I S.



ULB Halle  
006 682 197

3




VDM











Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

JURIDICA

336

1662, 76.

TIVM.

27

*Jus. xii*

T.O. MAX.

ENTORATENSI

MA

NE

LISSIMI, AM-

SULTISSIMI

REBHANII,

od. & Feud. Plac.

collegii Juridici.

i.

omni honoris

sequendi.

*icit*

DUS MOHR.

DFVRT.

is.

ATI.

IVS HAUG.

II.

